

rià à Sanctis Patribus assertum est; cùm utrumque illud confet, & deformem fuisse Servatorem, cui nihil erat ex lascivientis oris blanditiis, quæ carnales oculos rapiunt; vice si autem formosus haberi poterat, si illis compararetur, qui sive à natura, sive casu aliquo fortuito a pectus deformitatem aliquam referunt. Utrumque legimus in

Scriptura, & laudari Christum à ventestate & abhorruisse illum à nitore & pulchritudine. Psalmista *speciosum pro filiis hominum* commendat; Ieremia de picatum & in glorium hominem inducit: *Illa sunt duo tibi quasi diversè sonantes, sed unus spiritus ambas inflat*, ait Augustinus tract. 9. in Epist. 1. Joannis.

## IN JEREMIAM PROLEGOMENON.

a. S. Clemens  
Alexandrinus  
lib. i. Strom.  
hunc ipsum  
Heliacum  
sumnum Sacerdotem cre-  
dit, qui post in-  
ventum le-  
tumque à se  
Librum Legis,  
deinde diem  
elausit. Con-  
sentient Rab-  
bini, Paulus  
Burgenis, &  
Chaldaea, nec  
ab ludunt Six-  
tus Senensis,  
& Maldona-  
tus.  
b. Iosue 21. 17.  
18.  
c. Hieron. in  
Prolog. & in  
Jerem. cap. 9.  
d. Jerem. 1. 5.  
Antequam  
exires de vul-  
ta, sanctifica-  
vi te.  
e. Jerem. 1. 6.  
Nescio loqui  
quia puer ego  
sum.  
f. A. M. 3375.

**J**eremias Heliacum (a) filius, è Sacerdotali genere oriundus erat ex Anathoth, vico Tribù Benjamin (b) tribus milliaribus à Jerusalem Orientem versus (c). Primam etatis juventutem agens ad munus Prophetæ vocatus est; cui destinatum se divinitus dicit, antequam in lucem ederetur (d); & cùm Deum primò invitatem audivit, mandatamque ut acceptas à se veritates Regibus, Principibus, Sacerdotibus & populo Iuda nunciaret, etatis imbecillitatem, nec dum palam loquendo aptam, causatis fuit (e). Agebat tunc annum etatis decimumquartum, cùm Josias jam à decimo tertio anno in Iuda regnaret (f). Suscepimus munus habuit usque ad captam Jerosolymam. Quinque Lamentationum capitula premente jam captivitate scripta sunt, saltem anno post captam Urbem A. M. 3417. In 2. Macchab. 2. sermo est de Commentariis Jeremias post destructionem Jerosolymæ scriptis.

Oracula sua Jeremias scriptis mandare aggressus est primum anno quarto Regni Joachim; voce enim tantummodo prolatâ antehac populo vaticinia tradebat. Rerum ab eo gestarum seriem digerere in praesentia ex ejus scriptis conabimur; consultifque appositis in hac nostra Dissertatione notis, intelligent Lectores, quis ordo chronologicus capitibus ejus prophetæ statuens sit, & cuius potissimum Regis tempus praeferant.

Cum Deus hunc virum ad ministerium evocasset, simul illi ea qua à Iudea toleranda ipsi erant mala, sicut & Oraculum omnium seriem ostendit. Vidit igitur Prophetæ virginem vigilantem, vel iuxta plures Interpretates, virginem amygdalinam, qua nulla est floribus proferendis præcocior, quo symbolo intelligeret Prophetæ quamprimum se à Deo in publicum producendum. Spectavit & ollam succensam in ipsis Templi foribus accedenterem populum prolixâ satis oratione allocutus est, ostendens nihil esse, cur tot criminibus implicati prosperum sibi aliiquid è Templo sanctorum sponderent; cùm maximè loci sancti religionem in speluncam latronum transformassent. Minatur Deus, eam se in Templo

Mandatis dein (g) oneratus est, ut refractarium à Deo populum, Jerolymam veniens, gravioribus verbis castigaret. Id autem Jeremias prolixo fati sermone exequutus est, quo post demonstratam amplioribus verbis Dei in populum suum charitatem, cum iter habentes per desertum Sinai, post excusum Ägyptiorum jugum, beneficiis illos prosequeretur; simul exprobrat sceleris, pro illicitis à Deo beneficiis à populo repensa, novo plane, nec inter ipsos unquam Paganos specie exemplum: plus enim, inquit, Numinibus suis deferre Paganos constat, quād Dominus Iudeos. Adjectis, fructu sperare illos in ope Ägyptiorum, à quibus nihil sibi spondendum, sicut nec ab Assyriis ante quidquam impetraverant. Tum Prophetæ verso orationis pondere in populum Iuda, hortatur demum, siquidem malint, debitam criminibus suis ultionem per Caldaeos imminentem evitent, lacrymis & pœnitidine sclera eluant. A cap. 2. 1, usque ad cap. 3. 6. declamatorio filio uitit; deinde ad Judicis gravitatem se componens, veluti sententiam pronunciat, simulque populum ad officium recusat.

Nec est plane quod miremur, cur Jeremias pariter & Sophonias Prophetæ coevi vehementer adeo oratione criminis Iude sub Josiae Regno profeguantur. Quanquam enim nemo esset eo Rege magis ad pietatem & probitatem factus; nihil tamen poterat corrigendis Iudeorum moribus, quos vehementi adeo excitamento deceiores Reges, & Manassis potissimum exempla ad flagitia animaverant. Regnabat adhuc idolatria, & usque ad annum Josiae 18. cum primum Liber Legis repertus est (b), idolorum, Sacerdotum falsi Numinis, Divinorum colluvias totam Regni faciem de turpabat.

Regnante Josia jussus à Deo Prophetæ in ipsis Templi foribus accedenterem populum prolixâ satis oratione allocutus est, ostendens nihil esse, cur tot criminibus implicati prosperum sibi aliiquid è Templo sanctorum sponderent; cùm maximè loci sancti religionem in speluncam latronum transfor massent. Minatur Deus, eam se in Templo

g. Cap. 1. &  
2. & 3. & 4.  
& 5. & 6.

i Vide Com-  
mentaria.

h. Vide 4. Reg.  
23. 4. &c.

plum ultionem exerturum, quam olim in Silo, nempe eo reliquo abiturum. Tandem Jeremiam monet, ne precibus suis pro iniquissimo populo intercedat, qui nempe in tantum sceleris prorupisset, ut militia Cœli alisque demum Numinibus externis cultum impendens, eorum prophana simulacra in ipso Templo confecraret, & sacrificia, in valle Topheth sub ipsis Urbis moenibus immolasset. Scirent, se id commisurum, ut exhumatus cadaveribus Regum Iuda, Sacerdotum, Principum, Prophetarum & populi, Urbem ad inconditam ruderum truuen redigeret. Neque in Iudæam tantummodo Prophetæ gravis invehitur; sed in Ägyptum etiam, Iudumgam, Ammonitam, & Arabiam. Denique sermonem co gens Prophetæ Iudeos hortatur, ut abjiciant Idolorum vanitatem, quam sub illorum oculis ponit, à Deum revertantur, superfluis regioni Assyriorum copiis aliqui presentes daturi. Rogat ille verò Deum, ut furoris sui flagellum in exteris gentes execuat, Iudeis parcat.

In cap. 8. 13. sententiam lego, qua facili ducitur conjectura, sermonem illum ad famam, per totam regionem sub Josia gra vantem de qua apertissime Joel cap. 1. & 2. & 3. spectare. Nec invitus suspicarer, minarum adversus impios & idololatras partem exitum habuisse anno 18. Josiae (i).

Triste legimus Oraculum in cap. 1. quod terribili verborum apparatu exponendum in Urbibus Iuda, & Jerusalem. Deus Prophetæ commisit. Porro Vaticinium illud Pastum sive foedus vocatum est; facile quod in memoriam revocet foedus inter populum & Deum initum, cuius leges Judei violaverant. Cum autem iniquiū Viri Oracula ferrent cives Anathoth, patria ejusdem Prophetæ, ni desisteret, mortem minitati sunt; quibus Prophetæ vicissim annunciat, illis necem imminentem gladio simul & fame.

In cap. 2. gravius ferre visus est Jeremias tum mala & persecutions, quas à civibus Anathoth ipse tolerabat, tum etiam impiorum & infidelium felicitatem; cùm vicissim fidelis Deo populus sterilitate & Cœli ariditate sub Josia affligeretur; eodemque spectant capita 14. & 15. Pathetico ibi filio mala omnia Regni Iuda describit Prophetæ. Vetus Deus ne Jeremias preces suas pro Iuda interponat, quibus ne tunc quidem veniam indulget, cùm à Moysi & Samuele adhuc in vivis agentibus rogaretur; adeo sedebat Deo tentia, ut in urbem Jerusalem, criminum Manasse filii Ezechias Regis Iuda ream, animadverteret (k). Idcirco in historia Regum observat Scriptor, nequidquam in contrarium admittente Josiae religione, adhuc tamen Deum, vindicem adversus Iudam manum, criminibus Manasse iratum, non reduxisse. Hujus furoris pars erat dira fames, que per Regionem grassabatur; reliquis adhuc durioribus in futurum, cum scilicet captivus populus adducendus esset, reservatis.

Cujus sit temporis factum illud Propheticum, de quo cap. 13. nihil habens cum

cæteris omnibus connexionis, ambigimus. Iustus à Deo Prophetæ, cingulum quemdam in spelunca ad Euphratem occulavit, quod deinde se conferens putridum comperit; eodemque symbolo intellectus, rejectum à se Judam Deum in extium abiit permisit, quem scilicet populum antea sibi veluti cingulum obfrinxerat. Sermonem deinde toto eo capite vertit Prophetæ monendis populis, ut resipescentes ad Deum revertantur; simul addens minas de futuro Assyriorum flango.

In capp. 16. & 17. cavit Deus, ne Prophetæ conjugio copuletur, & filios nutrit Jerosolymæ, neve committat, ut in domum ullam ingrediatur, ubi sive lete instruantur convivia, sive funera lugantur, quæ mortis solatium allaturus; id scilicet designans, omnem se sperandi ansam populo interclusisse.

Iniquus tristia hæc Prophetæ Oracula accipientes populi, invisum sibi virum omnibus convictis & injuriis aggressi sunt (l); cuius rei querelas cùm ad Domum ferret Prophetæ, mandatis oneratus est, ut pro foribus Templi, unde Reges aditum habebant, (facile pro foribus Aelia) simul etiam pro foribus Urbis stans, coactum ibi populum hortaretur, ne Sabatti religionem vestigatione rerum extra urbem violarent; renuentisque morem gerebantur severa se ultione castigatum, ac vicissim morigeros præmio donatum.

Hæc series Oraculorum cum Josiae Regno componendorum. Scita sunt, quæ de infelici religiosissimi illius Principis obitu narrantur 4. Regum 23. 32. in prælio nempe commissio cum Neacho Rege Ägypti ad Mageddo, gravi confusione vulnera interfecte. Vacuum ejus solium habuit Sellum, alio nomine Joachaz inter filios Josiae natu minimus, Princeps, si quis alius, nequissimus, de quo ibidem cap. 18. Fecit malum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecerant patres ejus. Ejus rei documentum exhibetur in his, quæ à Phassur passus est Jeremias, quæ sane tanta sunt, ut non sub Josia piissimo Rege, sed sub ejus filio subiisse Prophetam credamus.

Interim jussus à Domino Jeremias (m) ad figuli officinam veniens, scilicet vas in manu artificis observavit, quo, dum formaretur, contracto, ex eadem argilla alterum astutum efformatum est; quo documento didicit Prophetæ, reprobati populi Iuda loco alterum à Deo suscitandum. His omnibus grandis plane invidia in Jeremiam apud Iudeos creata. Tum jussus ille à Deo, scilicet alterum vas coram Senioribus (n) & Sacerdotibus assumptum in Vallem Ennom contulit; ubi post recitatam tristem futurorum malorum iliadem, vas coram omnibus, in symbolum imminentis exitii, confregit. Inde ad Templum ascendens palam denunciavit futurum, ut nihil ex his que prædixerat, pervicacia illorum merito, irritum caderet.

Hæc ingratis auribus accipiens Phassur Princeps Sacerdotum, Prophetam percussit,

Regnum Sel-  
lam.  
in Cap. 18.

n Cap. 19.

Regibus suis deferendum; simul Domini verbis annuncians, eos qui Nabuchodonosori colla ultrò submittere recusasset, invitò sub jugum reducendos. Eadem prædixit Sedecia Jeremias 27. Oracula in Elam, & temporis notas, nempe ineuntis Sedecia Regni, exhibent Jerem. 49. 34.

Sub ipsum ineuntis Sedecia tempus, Propheta vincula sibi, & jugo iussus à Domino induxerat (u), imaginem se atque symbolum exhibens captivitatis Populo imminentis. Interim Hananias, filius Azur, Pseudo-Propheta palam in Templo venditans vaticinia, sponsonit intra biennium vasa Templi restituenda, & Jechoniam è captivitate reducendum; quæ cum audiret Jeremias, dixit, scire se ceteros ad id usque temporis Prophetas eadem secum annunciasse Judæis mala; que verò prospera prædicteret Hananias, hęc ab eventu fidem expoſſere. Tum Hananias abreptis confrastis vinculis & jugo ligneo Jeremias: Ita plāne, inquit, Dominus impositum Judgeis à Nabuchodonosore jugum constringet. Pedem à loco revertat Jeremias, cùm secreto Dei monitu redire iussus, Hananiam allocutus dixit, pro jugo ligneo ab ipso confracto cervices populi jugo ferre Nabuchodonosorem oppressum; te verò, adjectis nomine Dei decipiendis populis abundantem, manere scias ante anni exitum è vita decessum. Obiit, juxta oraculum, septimo mense, nempe duobus mensibus post Jermia vaticinium.

x Cap. 51. 59.

Sedecias anno Regni sui quarto Babylonem legaverat Saraiam filium Neris fratrem Baruch, reposendis, ut facile credimus, Templi vas à Nabuchodonosore (x); quæ occasione accepta, Jeremias vaticiniorum suorum in eam urbem exemplar ad captivos Babylone versantes transmisit; mandatis onerato Saraiam, ut post lectum Judæis volumen illud, lapidi alligatum in Euphratem proieciret. Quam legimus Baruchi 1. epistola, data creditur à Judæis Babylonii ad prophetam, accepta ab eo epistola occasione. Baruch iter habuisse cum ceteris fertur.

Alteram Prophetam dedit epistolam ad Judæos unà cum Jechonia in Babyloniam captivos (y). Hanc detulit Gamarias à Se-decia Babylonem missus. Monet autem Prophetam Judæos, ut sedem in ea regione statuerent, & jungenter connubia, non enim prius in patriam restituendos esse, quæ post exactus 70. captivitatis annos. Additiminas in geminos Pseudo-Prophetas Babylonicos, nempe Achab filium Coliæ, & Se-deciam filium Maasiæ, quibus, neglectis veris Prophetis, populus favebat; minarum autem hæc summa, ut scilicet ultimum supplicium se manere à Nabuchodonosore scirent, cui vaticinio ab eventu fides manifesta.

Hæc à Prophetam scripta Semeias filius Nehelam Babylone versans iniquis ferens, datis ad Sophoniā Summum Sacerdotem literis, gravius illum accusat, quod Prophetam talia scribentem sustinuisse, nec tammen audacie sue peinas in carcere detinunt luere coegisset. Epistolam Summus Dissert. Calmet. Tom. I.

Aaaa Sa-

## In Jeremiam

552

o Cap. 20.

statimque fūcta Templi fore in carcere detineri jussit (o). Sed mane alterius diei, eodem agente Phasur, liberatus, ad consuetudinem vaticinia rediens, captivitatem Sacerdoti ejusque familiæ & amicis omnibus prædictis. È occasione Propheta, quo nihil firmius in resistendo optimatus, & populo, humani aliquid pati visus est, plus enim nimio questus cum Deo de excusa in caput suum tot malorum procel-lā apparuit.

Regnum Joachim.

p Cap. 22.

Necho Rex Ægypti ab expeditione Carchemis ad Euphratem redux, amo-to à Regno Sellum, quem populus Josæ successorem dederat, Joachim Principem violentum & superbum assumpit. Cum igitur novus Rex dignitatis suæ insignia sumeret (p), Jeremias ante Palati forensi post acerbam scelerum Judæ expostulationem, Joachim ad saniora consilia revocat, fidem suam obligans futurum, ut si meliora elegisset, Reges adhuc eodem, quo prius, apparatu in eadem Aula spectarentur; cum vicissim, ait, surdus meis monitis aures si præbueris omnia in solitudinem redigentur. Tum verso ad populum sermonem cap. 22. 10. Nolite flere mortuum [Josam]: plangite eum (Sellum) qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videt terram nativitatis sua. Dixit sua fides, cùm Sellum in Ægyptum à Necho transflatus supplicio vitam finiret.

Post hæc invictus iterum contra Joachimum, & superba ædificia & vitam inavaritia & crudelitate aëtate exprobavit; sciret tamen infelicem ad eum exitum imminere, ut ne honore quidem sepulcrum dignus habendus esset, cap. 22. 19. Sepulturā asinī sapientur putrefactus, & projectus extra portas Jerusalēm. Nec meliora sperare jubet Propheta Jechoniam filium Joachim, quem tradendum minatur in manus Chaldaeorum, & ex filiis neminem in Regno Juda rerum potitos spectaturum.

Proxime succedenti capite ambos illos Principes exhibet tanquam immites aliquos pastores, qui non paſſere tantum oves de-dignantur, sed & miseras vorare non ventur (\*). Quare abiciendos se scirent, & locum facturos alii pastoribus, à quibus reliquæ gregis meliora effent speratae. Versus deinde in Pseudo-Prophetas & Sacerdotes, quod verbis suis adversarios se prebuiſſent, verbis castigat.

Sub ipsum initium à Joachimo Regnum, Prophetam ad Templum se conferens, auguſtæ molis eversionem, prædictæ (q). Gravius hæc ferentes Pseudo-Prophetæ & Sacerdotes, injectis in illum manibus, mortis reum denunciariunt; accurrunt ad judicium coram Principibus populi, quibus nihil se dixisse profitet, nisi à Domino iussum, ejusque nunc verbis denunciare, ut nisi prompta poenitidine rebus suis providerint, oraculorum suorum veritatem experimen-to suo intellecturos. È oratione pacati Principes, causam Prophetam adjudicarunt; id à Prophetam præsumit agnoscentes, si-cut Michæas Prophetæ sub Ezechia serendum montem Sion, veluti agrum, impunè pronunciavit. Inter eos, qui utiliē Pro-

phetæ operam cā occasione navarunt, Abicam filius Saphan memoratur, qui abi-rascentis populi, & in mortem illum pos-sentis furore virum infontem liberavit. Urgeant in illum exempla Uriæ Filii Semei, qui paria ante aliquod tempus ora-cula in Jerosolymam jactaverat. Hunc Reges & Principes ad mortem destinaverant, nec aliter directum in se supplicium quam prompta in Ægyptum fugā evitavit; frustra tamen, nam educi inde ad mortem Joachimus curavit.

Ante quartum annum Joachimi, contra Ægyptum, Philisthas, Tyrios, Sidonios, Gazenes, Ascalonitas, tum & contra Moab, Ammon, Idumæam, Damascum, Cedar, Asor oracula fudit. Manebant omnes illas gentes suo singulis ordine di-ri Dei vindicis manu subeunda. Leguntur hæc omnia capp. 46. & 47. & 48. & 49. usque ad vers. 34. hujus postremi capit. Confer Jerem. 25. 1. . . . 13. 14.

Anno Joachimi quarto Nabopolassar Rex Babyloniam auctum Regiā dignitate Nabuchodonosorem filium suum in Syriam misit (r). Quare annus iste Nabuchodonosoris regnantis primus cum primo 70. annorum captivitatis à Jeremia prædictæ convenit. Nabuchodonosor in suam potestatem redactum Joachimum cum aliis Ju-dæorum non infrequentibus, inter quos Daniel ejusque socii, captivos habuit. Verum soluto mox Joachimo, ceteros in captivitate retentos, una secum magnis itineribus Babylonem deduxit; festinare enim cogebat vacuum Nabopolassaris obitu Re-gnum, quod ipsi hæreditatis jure debebatur. Regnum igitur ad triennium produxit Joachimus, quem nihil meliore ha-buit restituta dignitas, quam antea collata viderat.

Sub hæc tempora, Jeremias certo oraculo 70. captivitatis Judææ annos designavit; quo elapsi spatio, invisendos à Deo populos prænuntiavit, qua illis irrogaverant mala Chaldaei & Babylonii, vi-cissim ab illis exacturo. Eodem tempo-ri Propheta calicem iræ Domini ab ipsa Dei manu acceptum Chaldaeis, Tyriis, Ægyptis, Philisthaeis, Idumæis, Ammoniis, Moabitis, & Arabibus obtulit. Altera hæc in eos Populos oracula. Vide supra cap. 9. Eodem simul anno quarto Joachim, iussus est à Deo prophetias omnes suas, initio facto ab anno 13. Josæ, scriptis redigere (s). Has dictante, Prophetæ, Baruch ejus discipulus exceptit, exceptaque iussu ejusdem Propheta in vinculis detenti in Templum lecturus venit.

Anno igitur quinto Joachim, euriali expiationis die legentem tristia Jeremias vaticinia Baruch populus audivit. Re ad Magistratus & Principes, nunciante Micha filio Gamaria, delata, vocatus Baruch, una cum libro venit; nec Regem singula latuerunt. Interrogatus ab illis Baruch, quomodo Jeremias scripta illa dictasset, respondebat, ita dictasse, ut non primò cedere, sed tanquam ē Libro verba legere videtur. Tum Principes actutum facessere Baruch iusserunt, seque cum Propheta in late-

r. A. M. 3368.

S. Cap. 36. 1. 2.

Iatebris continere, nec se prodere ultra iusserunt. Liber ad Regem delatus; ut ejus tamen argumentum, auditæ trium vel

quatuor pagellarum lectione, intellexit, confessim abrepto cultro discisum, in ignem ante se positum projecit. Subinde Baruch & Jeremias iussit comprehendendi, quamquam à Domino occultati frustra questi sunt. Absumpti Libri damnum reparatus Propheta, iterum eadem oracula, eodemque usus Amanuensi, adjectis quā pluribus ex Dei mandato dicitavat. Legimus cap. 31. mandatis oneratum Prophetam à Deo, ut hæc scriberet, quæ ipse simul eodem Deo docente audiebat. Sed facile caput illud, ceteraque deinceps ad Regnum Sedecia spestant.

Quæ leguntur cap. 35. an ad primam Chaldaeorum in Judam expeditionem quarto anno Joachim pertineant, an verò ad alteram septimum ejusdem Regis anno, in certum. Propheta igitur iussus à Deo Rechabitas in Templum introducit, qui oblatum Propheta vinum recularunt, obtinentes se Jonadab è Patribus suis virtu amplissimi prescripta sectari, à quo nullo prospicio vino uti, nec sedem habere in domibus & Urbibus, sed in Tentoriis tantum permittebantur. Quod autem tum temporis Ur-bem incolerent, id metu Chaldaeorum-regionem infestantem factum esse dicebant. Jeremias è responsione auditâ, vehementi expostulatione Judæos aggressus est, qui legi Dei colla submittere recusaret, cum Rechabites Patrum suorum traditionibus tan-toperè obsequerentur. Scirent igitur Ju-dæi, se infasta omnia manere; fausta verò omnia, similque æternam generis sui successionem Rechabitas expectarent.

Hæc de Jeremia sub Joachimi Regno. Porro Rex ille excuso Nabuchodonosoris jugo desciscens, Chaldaeos in Judeam pro-vocavit, quorum armis cedere coactus, vitam simul & libertatem amisit; post mor-tem honore sepulcræ privatus, sub dio compatriuit, impletâ infasto eventu Ora-culorum Jeremias fide. Patrem exceptit filius Jechonias, tribus tantum mensibus Rex. Nabuchodonosor, expugnatâ Jerosolymâ, à Regno illum anovit, ingentemque quæ sacram, quæ prophana Urbis præ-dam, viator unà cum majori Populi parte Babylonem in triumphum adduxit. Inter captivos celebrantur Mardochæus & Eze-chiel. Legimus Baruchi cap. 6. Epistolam Jeremias ad captivos Babylone versantes datum.

Post Jechoniam Sedecias rerum potitus est. Secundum hæc Deus geminos sicibus onus canistros pro Templo positos Propheta ostendit (t). Alter excellentissimi saporis fructus habebat, alter infusaves; illis nimis captivos è captivitate reducendos designantibus, his verò Judæos Jerosolyma, sive in Ægypto agentes, quo-rum exitium divino consilio decreverat.

Inenti Regnum Sedecia Reges Moab, Ammonitis, Tyri, Sidonis, & Idumæ Legatos miserant, quos ad propria reducere jugo singulos donavit Jeremias, munus Dissert. Calmet. Tom. I.

\* Cap. 23.

q Cap. 26.

Regnum Se-decias.

t Cap. 24.

553

u Cap. 27. &  
28.